Quelle: https://manuscripta.at/?ID=232
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



loms illic sedimus et flevimus dum recordaremur tui syon. Adhe-
Paenitentia autem operis perfecti habet ut sitis perfecti et integri in
nullo desinentes. Si quis autem vestrum indiget sapientia postulet a
deo qui dat omnibus affluenter et non improperat et dabitur ei. T. Kyrie
Viderunt te aquae deus viderunt te aquae et timuerunt. Multitudo
sonitus aquarum vocem dederunt nubes alleluia alleluia alleluia. Illuxerunt
coruscationes tuae orbi terrae commota est et contremuit terra. Multi-
Postulet autem in fide nihil haesitans. Qui enim haesitat similis
est fluctui maris quae a vento aquae movetur et circumferitur. Non
existimet homo ille quod adipiscatur aliquid a domino. T. Narrabo no-
men tuum fratribus meis alleluia. In medio ecclesiae laudabo te alleluia
Qui timetis dominum laudate eum. Omnis semen iacob magni-
ficate eum. In me-
Et duplex animo instabilis
in omnibus viis suis. Gliscit autem frater humilis in exaltatione sua
quoniam sicut flos feni transibit. Exortus enim est sol cum ardore
et arefecit fenum et flos decidit et decor vultus eius deperiit.
Ita et divites in itineribus suis marcescent. T. Kyrie In toto
corde meo alleluia exquisivi te alleluia. Ne repellas me a mandatis
tuis alleluia alleluia. Vide humilitatem meam et eripe me secundum
legem tuam non sum oblitus. Ne re-
Beatus vir qui sustinet tentationem quoniam cum probatus fuerit accipiet coronam vitae quam re-
promisit deus diligentibus se. Nemo cum tentatur dicat quoniam a deo
tentor. Deus intentator malorum est. Ipse autem neminem tentat. T.
Alleluia audivimus eam in ephrata invenimus eam in campis silvae. In-
troibimus in tabernaculum eius adorabimus in loco ubi steterunt
pedes eius alleluia. Surge domine in requiem tuam tu et arca sanctifica-
tionis tuae. Introibimus T.
Unusquisque tentatur a concupiscen-
tia sua abstractus et illectus. Deinde concupiscentia cum concepe-
rit parit peccatum. Peccatum vero cum consummatum fuerit generat mortem.
Nolite itaque errare fratres mei dilectissimi. T. Kyrie.